MATUTINALE CUM DIURNALI ATQUE MISSALE CISTERCIENSE
Stams, 3. Viertel 14. Jh. Seite 72r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Et fecit deus bestias terre iuxta spes suas. iumenta
et omne reptile terre in genere suo. Et uidit deus quod
esset bonum et ait. faciamus hominem ad ymaginem et
similitudinem nostram. et presit piscibus maris et uolatili
bus celi et bestiis. Vniuerseque terre omnique reptili quod mo
uetur in terra. ℟. Immisit dominus soporem in adam et tulit
unam de costis ~~adam~~ eius et edificauit costam quam tulerat de adam in
mulierem et adduxit eam ad adam ut uideret quid uocaret eam.
Et uocauit nomen eius uirago quia de uiro sumpta est. ℣. Hoc
nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Et uocauit. Secundum
In illo tempore. dixit ihesus dis. s. parabolam hanc. Matheum.
Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui ex
ut primo mane conducere operarios in uineam suam. ℣. ℟. Omn. l.
In explanatione sua multa ad loquenda sancti ewange- S. gg.
lii lectio postulat. quam uolo si possum sub breuitate per pape.
stringere. ne uos extensa processio et prolixa expositio uideatur
honerare. ℟. Dum deambularet dominus in paradysum ad auram
post meridiem clamauit et dixit. adam ubi es audiui domine uocem
tuam. Et abscondi me. ℣. Vocem tuam audiui in paradyso
et timui eo quod nudus essem. Et abscondi me. Lectio x.
Regnum celorum patrifamilias simile dicitur qui ad excolendam
uineam suam operarios conducit. Quis similitu
dinem patrifamilias rectius tenet. quam conditor noster qui regit
quos condidit. et electos suos sic in hoc mundo possidet quasi sub
iectos domus in domo. Qui habet uineam uniuersam scilicet
ecclesiam. que ab abel iusto. usque ad ultimum electum qui in fine
mundi nasciturus est. quod sanctos protulit. quasi tot palmites misit.
℟. In sudore uultus tui uesceris pane tuo dixit dominus ad adam cum o
peratus fueris terram. Non dabit fructus suos. sed spinas et tribulos ger